



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Avgvstini Archiepiscopi Tarraconensis Dialogorum Libri Duo de emendatione Gratiani

Agustín, Antonio

Parisiis, 1672

XVI. De beati Antonini censura in Gratianum, & de Romanorum selectorum
sententia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10634

Ex Concilio Triburien. In margine hæc sunt: *Referunt Burch. l. 16. decr. c. 19. & Grat. (sive Palea 2. q. 4. (scribe 5.) c. 15. & habetur c. 1. tit. de purg. vulg. in 1. compil.*

(15) In eodem libro Romano inscriptio cap. 25. *Statuit quoq. 2. q. 5. hæc est: Item in eod. c. 14. hoc est, in Salegunstadiensis Concilio. In margine est: Burch. ibid. (id est, in fine operis) Ivo p. 15. c. 180. Inscriptio capitis 23. c. q. est: Contra in Concilio Vormaciensi c. 15. Sæpe contingit &c. Et in margine: Burch. l. 11. c. 66. In Notis: Sic expleta Missa] in hoc capite addita sunt nonnulla verba ex Concilio, quæ à collectoribus videbantur omissa. Sed hoc loco satis visum est varietatem indicare. Nam in Concilio ipso sic legitur: Et sic in ultima Missæ celebratione, pro expurgatione sua corpus & sanguinem Domini nostri Jesu Christi percipiant, quatenus ita inde innocentes se esse ostendant.]*

(16) Gratiani verba sunt ante caput quintum distin. 95. in Gregorianis libris: *Item Hieronymus ad caput primum epistolæ ad Titum, ad ea verba: & constituas. Olim idem erat Presbyter qui & Episcopus. In margine est: Idem ergo est Presbyter. Et: Ans. l. 7. cap. 127. Poly. l. 2. tit. 39. Rubrica scriptum est: Presbyter idem est qui Episcopus, ac sola consuetudine presunt Episcopi. Hæc miror non fuisse notata.*

DE BEATI ANTONINI CENSURA
in Gratianum, & de Romanorum
selektorum sententia.

Dialogus decimus sextus.

A. Quid est quod dicebas beatum Antoninum in Gratiano reprehendere? **H**abesne ejus librum? **B**. Et librum habeo & schedam locorum quæ selecti quidam viri

Romæ notarunt. A. De singulis ab Antonio scriptis videamus quid ille dixerit, quid mox Romani addiderint. B. Beatus Antoninus Florentinus, ut nosti, antistes in Summæ majoris quarta parte titulo XI. cap. IIX. post Petri Lombardi Parisiensis Episcopi, quem Magistrum sententiarum appellant, XIV. articulos perscriptos, in quibus communiter non tenetur, de Gratiano sic ait: *In decretis quedam ponit Gratianus quæ non tenentur, quedam alia à Conciliis vel Summis Pontificibus edita, quæ sunt revocata seu immutata per consuetudinem generalem contrariam & abrogata.* Mox addit exemplum jejuniij quadragesimæ, quod Clerici servare tenebantur à sexagesima, hodie non servant, sed initium faciunt jejuniorum ut laici. A. Hoc idem Gratianus ait distinctione quarta, excepta voce *sexagesima*, pro qua vocem *quingagesima* substituit. B. Romanis videbatur tollendas esse has voces Gratiani: *jejunandi propositum susciperent &* quod non displicet. Damasus in Telesphoro ait: *Hic constituit ut septem hebdomadis ante Pascha jejunium celebraretur.* Et Ambrosius in sermone non edito de sexagesima: *Quadragesima, inquit, sex septimanas habet; cui addidit Telesphorus Pontifex septimam hebdomadem, & vocatum est hoc tempus quinquagesima.* Quæ verba etiam Anselmus a refert. A. Id statutum esse Clericis dicendum est ex Telesphori epist. I. cujus verba referunt Ivo b & Anselmus c & liber Cæsaraugustanus d & Tar-

M ij

Dist. 4 c. 3. &
4. & ult. cap.
3. p. Leges.
dist. 4.

Dist. e. c. 5.
Quadragesima.
a Ans. lib. 7.
cap. 166.
b Ivo li. 2. tit.
14. c. 1. pan. &
par. 4. c. 25.
dec.
c. Ans. lib. 7.
c. 165.
d Cæs. lib. 21.
c. 20.

e *Tarr. lib. 4.*
c. 60.
f *Dist. 4. c. 4.*
Statuimus.

g *De consecr.*
d. 3. c. 1. & 3.
Rogationes.
h *Burc. lib. 2.*
c. 77.
i *Ivo par. 4. c.*
14. dec.

k *Capit. lib. 1.*
c. 164. & lib.
2. c. 35. &
lib. 6. c. 186.

l *Ivo par. 4.*
c. 11. dec.

m d. c. 186.

raconensis e & Gratianus f. (1) B. Alterum exemplum adfert Antoninus de rogationum diebus, quibus erat ab operibus cessandum & jejunandum ex Concilio Lugdunensi & Aurelianensi, quæ refert Gratianus de consecratione distin. III. c. 1. & III. g. A. Concilium Lugdunense non exstat, sed refertur à Burchardo h & Ivone i. Et in Concilio Maguntino cap. xxxvi. idem ferè statuitur, sed nihil de rogationibus dicitur. neque aperte in Capitularibus Caroli & Ludovici k. Sed Aurelianense Concilium de rogationibus ita statuit cap. xxix. in Coloniensi editione, in collectione Isidori Mercatoris, capit. xxv. Rogationes, id est, Litaniae ante Ascensionem Domini placuit celebrari, ita ut præmissum tri-duanum jejunium in dominica ascensionis sollempnitate solvatur. B. Romani varietatem notarunt: pro præmissum alibi scriptum post Missam. quæ mihi scriptura non probatur, licet eam Ivo l adgnoscat. C. Quanam est Dominica Ascensionis, an quæ post Ascensionem est, an ea quæ Ascensionem præcedit? B. Neutra in hoc capite. sed dominica ascensionis sollempnitas dicitur ipsa dies Ascensionis Domini. C. Cur libro vi. Capitularium dicitur m: Post Dominicam dies tres. In Ascensione Domini diem unum? B. Suspitor desiderari litteram V. post vocem Dominicam, ut significetur post Dominicam quintam. A. Placet opinio tua. Et lib. i. Capitularium Litania major ante Ascensionem Domini constituitur. Sed perge quod cœperas. De

his en
tat ali
quod u
hebd
quæ er
operib
A. De
tulit. n
hilest
in Cap
omnes
men M
omni
quinta
sam &
lendi &
re cessa
nibus.
fert, q
ter sc
nopol
Chalc
Ivo n
littera
Burch
quocu
tur ad
proba
attine
litteris
teras c
pereg
sin q

his enim rogationibus rectè Antoninus no-
 rat aliud in his Conciliis præscribi quàm
 quod usus receperit. (2) B. Idem inquit de
 hebdomada sancta & hebdomada Paschæ,
 quæ erant in præcepto quoad cessationem ab
 operibus, ut in dicto Concilio Lugdunensi.
 A. De hebdomade sancta nihil Gratianus re-
 tulit, nihil ante eum Burchardus & Ivo. ni-
 hil est in dicto Concilio Maguntino, neque
 in Capitularibus. De paschatis hebdomade
 omnes ferè eadem scribunt. In Concilio ta-
 men Maguntino quatuor dies tantùm cum
 omni honore celebrari decernitur. At feria
 quinta dicitur licentiam esse arandi ante Mis-
 sam & seminandi & hortum & vineam exco-
 lendi & sepem circumcludendi. ab alio ope-
 re cessandum. Post Missam vacandum ab om-
 nibus. B. post hæc de litteris dimissoriis re-
 fert, quæ Gratianus distin. LXXIII. diligen-
 ter scripsit, quæ nomine Attici Constanti-
 nopolitani Episcopi in Conciliis sunt post
 Chalcedonensem synodum. Eadem referunt
 Ivo n & Anselmus o. Sed & formulas earum
 litterarum quas Gratianus conscripsit habent
 Burchardus p, Ivo q, & Anselmus r, qui alias
 quoque addunt, & Romani alias se pollicen-
 tur adjecturos. Hæc quasi usu abrogata im-
 probat Antoninus, quod ad eam formulam
 attinet quæ tradita dicitur in synodo Nicæna
 litteris quibusdam Græcis adjectis. Ipsas lit-
 teras dimissorias necessarias esse ait Clericis
 peregrè profecturis, ut distin. LXXII. cap. i.
 in quo multorum negligentiam reprehendit

*De consec. d. 3
 c. 1.*

*Dist. 73. in
 princip.*

*n Ivo par. 6.
 c. 433. decret.
 o Anf. lib. 6.
 c. 116.
 p Burc. lib. 2.
 c. 227.
 q Ivo par. 6. c.
 434. & 435.
 decret.
 r Anf. lib. 6.
 c. 117.*

Dist. 72. c. 1.

dit. A. Laudo id quidem. Sed ex veteri formula duo elicio. Alterum est, Episcopis linguæ Græcæ cognitionem fuisse necessariam; alterum, tempore Nicænæ synodi Indictionis numeros in usu fuisse. Indictionis enim mentionem fieri in hac formula video. B. In Ecclesiarum consecratione jubentur Episcopi Græcas litteras & Latinas in pavimento scribere. Qui eas ignorassent, quo pacto scripturi fuerant? C. Cùm in Græcia Nicæna synodus habita fuerit, mirandum non est Græcis litteris jussisse hæc conscribi. Quæ verò in consecrationibus jubentur fieri, satis esse aiunt si cœperit vel duas litteras scribere, quæ utrique linguæ communes sunt. (3) B. Sequitur de sacramentis à jejuniis tantùm præstandis in iudicio, quod etiam usu abrogatum esse dicitur. A. Quæ Cornelio Papæ falso adscribunt Burchardus *t*, Ivo *u*, Anselmus *x*, & Gratianus *y*, ut antea diximus *z*, non Cornelij verba sunt, sed Caroli Magni in Capitularibus *a*. quod etiam Ivo *b* adgnoscat. Illic ita scribitur: *Sed & nobis honestum videtur ut qui in sanctis habet jurare, hoc jejunium faciat cum omni honestate & timore Dei.* His verbis, *nobis honestum videtur*, nulla legis coactio est, sed admonitio est non inepta. Quod verò ille *in sanctis* dixit, cur in iudicio Antoninus interpretetur, causam nullam video. (4) B. Additur ab eodem: *In quadragesima, in adventu, in diebus dominicis non exigantur vel exhibeantur sacramenta, sollemnia scilicet, ut in iudicio, & similia.*

t Burchardus lib. 12. c. 12.

u Ivo li. 8. tit. 8. c. 31. panor.

x Anselmus lib. 11. c. 64.

y 22. q. 5. c. 16.

Honestum.

z Vide dialog. 15. in add. 9.

a Capit. lib. 1. c. 63.

b Ivo d. par. 12. c. 33.

Quod etiam ait esse abrogatum consuetudine. A. Plenius hæc, ni fallor, Burchardus c & Gratianus d ex Concilio apud sanctum Medardum, & sine inscriptione liber Tarraconensis e. Sed fontes non inveni. *A septuagesima usque ad octavam Paschæ, ab adventu Domini usque post consecratos dies,* (Sic enim illi duo habent, Gratianus usque ad octavam Epiphania) & in jejuniis quattuor temporum, & in Litania majore, & in diebus rogationum, & in diebus dominicis nisi de concordia & pacificatione nullus super sacra jurare præsumat. (5) B. Vis dicam liberè quod sentio? A. Diccas licet. B. Hæc & alia quæcunque ex incertis libris sumpta, pro non scriptis babeantur. A. Censura gravis est tua. Sed Antonini cetera redde. B. *Multa, inquit, antiquo jure edita, quæ Gratianus notat, postea immutata sunt, ut de electione Romani Pontificis, item de aliorum Episcoporum electione. Namque non soli Cardinales olim Pontificem eligebant, neque soli Canonici Ecclesiæ cathedralis Episcopum, sed adhibebantur alij religiosi viri; & à Metropolitanis confirmabatur electio antequam Romani Pontifices Ecclesiarum cathedralium provisiones sibi reservassent.* A. Nota res est, & de his plura in Gregoriana & aliis collectionibus dicuntur. Ex quibus apparet multa esse apud Gratianum supervacanea: sed eadem antiquitatis cognoscendæ causa legenda sunt. B. Sequitur de ætate ordinandorum, & de intervallo servando in ordinatione. A. Hæc etiam variè constituta sunt;

M iij

c Burch. li. 12.

c. 20.

d 12 q. 5. c. 17

Decrevit.

e Tarrac. li. 5.

cap. 7.

neque ullum crimen est Gratiani, si aliud posteriori sæculo visum est constituere, sive in Viennensi Concilio à Clemente V. sive in Tridentino sub Pio quarto. B. Idem dicturus es de gradibus consanguinitatis & affinitatis prohibitis matrimonio conjungi; quod non est à Gregorio IX. *f* immutatum, ut ait Antoninus, sed ab Innocentio III. in Concilio generali Lateranensi capite quinquagesimo. Postea refert illa quæ de furto diximus in monasterio facto, ut communicent monachi cum illa contestatione, *Corpus Domini sit tibi hodie ad probationem*, ex Concilio Vormacien. cap. xv. & apud Burchardum *g* & Gratianum *b*. Id malè fieri ait Antoninus B. Thomam secutus. Mox verba Concilij Carthaginensis affert, ut sacramenta altaris non nisi à jejunis celebrentur, excepto uno die anniversario, quo cæna Domini celebratur. A. Concilij Africani verba sunt cap. iix. in Corpore canonum, & Carthaginen. iiii. cap. xxix. in Isidori collectione, & caput xli. est Græcis Concilij Carthaginensis. Refert verba eadem Concilium Matisconense i. cap. vi. & Anselmus *i* & Gratianus *k* & liber Cæsaraugustanus *l*. B. Exceptionem illam cænae Domini impugnat Antoninus ex verbis Augustini à Gratiano alibi relatis *m* atque ait consuetudine esse derogatum. A. Huc fortassè pertinet quod in Concilio Laodicensi cap. l. statutum est *n*. *Quòd non oporteat in quadragesima in ultima septimana quinta feria jejunium salvere*, &

f c. 3. de consangu. & affinit. in 4. collect. c. 8. Non debet. e. ti. Greg. 1X.

g Burchard. lib. 11. c. 66. h 2. q. 5. c. 23. Sape.

i Anselm. lib. 9. c. 3. *k* De consecr. d. 1. c. 48. Sacramenta. *l* Cæs. lib. 13. c. 4. *m* De consecrat. d. 2. ca. 54. Liquido. *n* De consecr. d. 3. c. 7. Non liceat. & cap. 3. Non oportet.

quæ sequuntur. Quod aliis verbis Martinus Bracarenſis ſcripſit cap. l. ut antea dictum eſt o: (6) B. Illud quoque præceptum, ut in eadem die cœnæ Domini omnes communicarent p, (quod non Soteris Papæ eſt, ſed Concilij Cabilonenſis ſecundi cap. XLVII. ut alio die à te dictum eſt q) abrogatum eſſe ait conſuetudine. (7) Ut illud etiam Concilij Agathenſis cap. XXI. *Sæculares qui in Natale Domini, Paſcha, & Pentecoſte non communicaverint, catholici non credantur.* quod etiam Burchardus r & Ivo ſ & liber Cæſaraugſtanus t & Gratianus u referunt. A. Mihi Auguſtini oraculum maximè placeat x: *Cotidie euchariftia communionem accipere nec laudo nec vitupero. Omnibus tamen dominicis diebus communicandum hortor.* Innocentij tertij præceptum in Concilio generali cap. XXI. fuit, ut ad minus in Paſchate ſacramentum euchariftiæ omnes ſuſciperent. y (8) B. Illud quod falſò Sergio Papæ adſcribunt Ivo z & Gratianus a, *Triforme eſt corpus Domini*, quod Amalarij ſive Amilarij b eſt, ex quo capite elicitur partem quandam hoſtiæ ſervari debere viatici, ut creditur, cauſſa, abrogatum conſuetudine eſſe ait. (9) Quod verò ex epiſtula Clementis ſecunda dicitur, poſt ſumptam euchariftiam aliquot horis eſſe ab alio cibo abſtinendum, quod etiam Burchardus c, Ivo d, & Anſelmus e, & Gratianus f referunt, id ex B. Thomæ ſententia ait non eſſe neceſſariò ſervandum. (10) Poſtremò quod ex Concilio Eliberi-

o Vide dialog. 11. add. 17
 p De consecr. d. 2. ca. 17. In cæna.
 q Vid. dial. 13. add. 7.
 r Burc. lib. 5. c. 23.
 ſ Ivo par. 2. c. 33. decret.
 t Cæſ. lib. 11. c. 19.
 u De consecr. d. 2. c. 19. Sæculares.
 x c. 13. e. diſti. Cotidie.
 y c. 2. de pæn. in 4. collect. c. 12. e. tit. Omnis. Gregorius IX.
 z Ivo libr. 1. tit. 4. cap. 18. panor.
 a d. diſt. 2. c. 22. Triforme
 b Amal. li. 3. c. 55. de divin. offic.
 c Burc. lib. 5. c. 11.
 d Ivo par. 2. c. 21. decret.
 e Anſ. lib. 8. c. 38. in addit.
 f d. diſt. 2. c. 23. Tribus.

g *Burc. lib. 5.*
c. 22.
h *Ivo libr. 1.*
tit. 4. c. 29.
panorm. &
par. 2. c. 32.
decr.
i *De conse-*
crat. d. 2. c. 21.
Omnis.
k *Ces. lib. 11.*
c. 18.

tano refertur à Burchardo g & Ivone h & Gratiano i & in libro Cæsaraugustano k, sed in Conciliis non inveni, ut ante communionem à conjugibus se abstineant aliquot diebus, consilium esse, non præceptum beatus Antoninus ait. (11) De aliis majoribus erroribus alio die, si placuerit, ejus opinionem referam. A. Ita fiat.

ADDITIONES.

(1) **D**ISTINCTIONE quarta, ante caput quartum *Statuimus*, in Romana editione Gratiani verba sunt: *Vnde illud Telephori Papa, (qui decrevit ut generaliter Clerici à quinquagesima à carnibus & deliciis jejurent) quia moribus utentium approbatum non est, aliter agentes, transgressionis reus non arguit. Telephorus urbis Roma Episcopus omnibus Episcopis epist. 1. Statuimus ut septem hebdomadas plenas ante sanctum Pascha omnes Clerici in sortem Domini vocati à carne jejurent.* In margine est: *Al. carne & delitiis.* Et: *Ivo par. 4. c. 25. Pann. l. 2. c. 174.* Et in Notis ante caput quartum: *Quinquagesima*] Post hoc verbum in codicibus impressis sequebatur, jejunandi propositum susciperent, & à carnibus & delitiis abstinerent. Sed omnes ferè manuscripti habent eo modo quo restitutum est. Scholium Joannis ridiculum est: *Istud caput non tenet, quia hodie quinquagesima non servatur, cum ipsa celebretur post Pascha.* 10. Capituli quinti e. dist. inscriptio est: *Item Ambrosius in lib. sermonum. Quinquagesima sex septimanas habet &c.* In Notis additur: *Sermonum*] Inveni sunt Roma in bibliotheca Vaticana & Mediolani in bibliotheca monasterij sancti Ambrosij sermones aliquot manuscripti, Ambrosij nomen præferentes: inter quos est sermo de sexagesima, cujus initium est *Adest tempus, unde hoc caput sumptum est.* Ante cap. 6. ejusd. dist. Denique sacerdotes quod est extremum, hæc verba sunt: *quod B. Grego*

vius Augustino Anglorum Episcopo scribit dicens. Et in margine est: Ivo par. 4. cap. 29.

(2) Non rectè in eodem libro ante distin. 3. de consecrat. posita est inscriptio capitis primi: *Item ex Concilio Lugdunensi*. In margine hæc sunt: *Cod. de fer. le. omnes dies. Nou. Leon. 54. Mogunt. 1. cap. 36. Capi. l. 1. cap. 154. & lib. 2. c. 35. Burc. l. 2. c. 77. Ivo p. 4. c. 14. Balsamon ad tit. 7. Nomocanonis. Inscrip- tio capitis 8. e. dist. hæc est: Item ex Concilio Au- relianensi cap. 29. Rogationes, id est, Litanias, ante Ascensionem Domini placuit celebrari, ita ut præmis- sum triduanum jejunium in dominica Ascensionis so- lemmitate solvatur. In margine, ad vocem præmissum, additur: *Al. post Missam. Et initio capitis: Bedæ de officiis tomo 7. Albinus pag. 67. Burch. l. 13. c. 17. Ivo par. 4. cap. 11.**

(3) Initio distinctionis 73. in eodem libro ut Gra- tiani verba scribuntur illa: *Qualiter verò commen- daticia &c. Debent namque littera Græca interponi in ea epistola, & non sine causa. Græca enim elementa &c.* In margine hæc sunt: *Ex Attico ad finem Con- ciliij Chalcedonensis. Ans. l. 6. c. 121. Ivo p. 6. c. 433. Capitis primi inscriptio est: Exemplar formata epi- stola, quæ in Nicæna synodo à cccxviii. patribus facta est. In nomine patris. π. & filij. υ. & Spiritus sancti. α. π. Vualterio Spirensi &c.* In margine est: *Burc. l. 2. c. 227. Ivo p. 6. c. 434. Simile quiddam, multoq̄ue magis c. 435.] In Notis: Conservet] In hoc & sequenti capite ea tantum sunt emendata quæ exem- plarium auxilio restitui poterant. Ceterum quæ hoc loco sequuntur, etiam apud Burchardum sunt depræ- vata. Facile autem restitui possunt ex regulis initio di- stinctionis traditis. Quibus quidem regulis optimè res- pondet exemplum ab Ivone allatum par. 6. c. 435. si littera in extremo 434. capitis posita ponantur loco ear- um quæ in ipso 435. afferuntur. Addita enim illis di- stitione à pulo resultat numerus ibi notatus, id est, d c c l x x v i i i. Bene etiam procedet exemplum cap. 434. si ubi nunc summa est 1539. sint 1439. Satis sit locum indicasse. Capitis secundi ejusdem distinc- tionis inscriptio est: *Incipit epistola formata à cccxviii.**

Episcopis & ab Attico Constantinopolitana urbis Episcopo edita. Sanctissimo in Christo fratri summa dulcedine charitatis amplectendo &c. In margine est: Anselm. l. 6. c. 121. Et in Notis. Ab Attico] Antea legebatur Abbatibus. Restitutus est locus ex conjectura, (quod perraro factum est) quoniam evidenti ratione nitetur. Post verbum Concedat, *αὐτῷ*, vel sic $\frac{1}{2}$, θ] Ad data sunt hac ex aliquot vetustis exemplaribus, & utrisque istis notis idem numerus 99. significatur. In codicibus vero impressis vel nihil erat, vel dictio Amen Latine scripta; in qua nulla est numeri significatio. Distin. 72. in prin. Gratianus ait: Dimissorias vero litteras Episcopus, nisi rogatus, non tribuat; sicut statutum est in synodo habita Roma. Vnde Leo Papa ait: Episcopus subiecto &c. In margine est: Anselm. l. 6. c. 122. Omittitur sumptum esse ex synodo Romana Leonis IV. cap. 18.

(4) Vide Addit. 9. dialogi 13.

(5) Inscriptio capituli 17. *Decrevit. 22. q. 5.* in eodem libro Romano hæc est: Vnde in Concilio apud S. Medardum habito. Et in margine est: Simile quiddam in scedis Capitularium è Gallia missis. Burchardus lib. 12. cap. 20.

(6) De consecrat. distin. 1. cap. 49. Romanis inscriptio est: Item ex Concilio Africano c. 8. Sacramenta altaris &c. Et in margine est: Concor. c. 29. Concilij Carth. tertij. Anselm. l. 9. c. 3. Inscriptio capituli 54. Liquidò apparet. de consecr. dist. 2. est: Item Augustinus in libro responsorum ad Ianuarium cap. 6. Et in margine est: epist. 118. & Beda. 1. Corin. 11. Ivo par. 2. c. 112. Pann. l. 1. c. 146. Alg. l. 2. c. 1. Vide etiam dialogo 11. addit. 17.

(7) Vide dialogi 13. addit. 7.

(8) Ante caput 19. *Saculares.* de consecr. dist. 2. in editione Romana hæc verba sunt: Item ex Concilio Agathensi c. 18. Et in margine est: Burch. l. 5. c. 23. Ivo par. 2. c. 33. Inscriptio capituli 13. e. dist. hæc est: Item Augustinus de ecclesiasticis dogmatibus c. 53. Quotidie eucharistia communionem percipere nec laudo nec vitupero. Omnibus tamen dominicis diebus communicandum suadeo & hortor &c. In margine hæc

sunt: Valfridus de rebus eccle. c. 12. Sent. 4. dist. 12. Algerus l. 1. c. 22. & 10. Poly. l. 3. tit. 16. Ans. l. 9. c. 9. Burch. l. 5. c. 15. & 16. Ivo par. 2. c. 25. & 26. Pann. l. 1. c. 150. Et ver. Idem epist. 118. c. 3. Dixit quispiam non quotidie &c. est in margine: Amalarius de eccles. offic. c. 12. Cabilon. 2. c. 46. Beda 1. Cor. 11. & ibi gloss. ord. Eugippus. Et in Notis: Caput hoc ex duobus B. Augustini locis confectum, & in summam redactum, ex iisdem, ubi opus esse visum est, & emendatum est & auctum. Algerus autem & Valfridus Strabo citant usque ad versi. Idem ex Gennadio Massiliensi Presbytero, quem beatus etiam Thomas quoadlib. 12. art. 10. facit auctorem libri de ecclesiasticis dogmatibus. Et Platina in vita Symmachi, & Magister Sent. lib. 2. dist. 8.

(9) Capituli 22. Triforme. de consecrat. dist. 2. in eodem libro inscriptio est: Item Sergius Papa ait. In margine est: glossa ordin. 1. Cor. 11. Sent. 4. dist... Amalarius l. 3. c. 35. Alcuinus fol. 79. Micrologus c. 17. Rabanus de instit. cler. c. ulti. Alg. l. 1. c. 19. Ordo Romanus fol. 5. Pann. l. 1. c. 141.

(10) Eiusdem distinctionis secundæ inscriptio capituli 23. Tribus gradib. in eod. libro hæc est: Item ait Clemens Papa epist. 2. Et in margine est: Ordo Romanus fol. 87. Polyc. l. 3. tit. 16. Burch. l. 5. c. 11. Ivo par. 2. c. 21. & 64. & 86. Pann. l. 1. c. 149.

(11) In eodem libro capituli 21. Omnis homo. ejusdem distinctionis inscriptio est: Item ex Concilio Eliberitano. In margine est: Burch. l. 5. c. 22. Ivo par. 2. c. 32. Pann. l. 5. c. 152. In Notis: Nec inter] Hac usque ad finem absunt hoc loco à Burchardo & Ivone, suntque summa quedam capituli sæculares. supra ead.

